

F. 24. 31. 51.

1767

Ye
5296

CLEMENTIA
TITI IN FRATREM GERMANUM.

DRAMA,
QUO
CONSULI
MAGNIFICO

FASCES ITERUM AUSPICATO CAPESENTI,

ATQUE
VNIUERSO PRUDENTISSIMO ATQUE AMPLISSIMO

ORDINI SENATORIO

REPUBLICAE ZITTAVIENSIS
INCLUTAE

GYMNASIUM GRATULABUNDUM
PIETATEM SUAM ET SUBMISSIONEM

OFFERT,
AD QUOD
d. XXII. OCT. MDCCCLXVII.

H. L. Q. C.


SPECTANDUM AUDIENDUMQUE,
QUA PAR EST,

PIETATE ET OBSERVANTIA
INVITAT,

ADAM DANIEL RICHTERVS,
Gymnas. Direct.

ZITTAVIAE LITTERIS KÜHNIL.







Clementia in Magistratu ita necessaria virtus est, ut antiquissimi Philosophi non solum in illa laudanda multi fuerint, sed Romani etiam Clementiam tanquam Deam et magni custodem mundi adoraverint. Colligitur autem hæc in Magistratu virtus cum ex comitate quadam, qua admittendis quasi occurritur, tum ex facilitate conservandi eos, qui acerbitate summi juris oppressi sunt, ut inde intelligatur, quod Clementia omnino custos saltem bonæ Republicæ habenda sit. Cum enim Deus Magistratui non solum imperandi, sed etiam civibus modum obtinerandi prescrivit, utrumque profecto non satis feliciter fieri potest, nisi Magistratus cives et subditos benevolentia prosequitur. Nam studium libertatis homini a natura inditum est, ut nolit alterius arbitrio subiectus esse, proinde hæc quoque non esse possunt, ut Magistratus, in quo duritas quedam et austerioritas ostendit, neque amorem suorum sibi conciliaturus, neque securitatem publicæ salutis unquam conservaturus sit. Simmo, si res in contentione veniat, Principes adhibendi sunt testes, qui, quam clementiam nescirent, non solum civibus et subditis suis odiosi et detestabiles fuerunt, sed ruinam etiam exitium et tanta mala Republicæ effecerunt, que deinde nullis modis, vel tamen aliquando satis difficulter denuo tolli potuerunt. Deus ipse clemens et in misericordia et lenitate dives est, quem omnis Magistratus, Dei minister, praesertim ideo imitari debet, quoniam haud alia virtus facit, qua Magistratus ad Deum proprius accedit et Deo quodanmodo similis fiat, quam salutem hominibus dando, miseris autem et supplicibus parcendo, quando utile et hec esse est et praesertim apparet, quod sua clementia reverendiam peccandi faciat. Tali enim clementia omnis Magistratus istam sibi auctoritatem conciliat, qua animos civium et subditorum quasi aurea catena, quo ipse velit, trahere queat, ut ulro et cum gaudio imperata faciant. Et *Plinius*, in quo vix quicquam præter veritatem in religione desideres, jam pridem in Panegyrico suo affirmavit, *Principem, nisi ipse diligit, diligi non posse.* Clementia igitur in Principe et Magistratu palmaria virtus est, id quod vetus quoddam marmor, Romæ in foro Trajani repertum, his verbis inscriptum habuit: *potentissima dos in Princeps liberalitas atque clementia; nimirum ad testificandum, quod nihil efficacius reperiri possit auctoritati tuendæ in Princeps ac saluti conservandæ in Republica, quam clementia Principis, qua rigorem juris et severitatem judiciorum temperare sciat, ita ut jam olim apud Romanos, licet populus essent Victor gentium, hæc virtus maxime imperatoria et Princeps dignissima aestimata sit. Titi, Imperatoris, Clementia omnibus et singulis notissima est. Titus enim imperator non solum, quum admonitus: non decere, ipsum tam facile quibusvis, quod peterent, concedere, priusquam quale et quam æquum et facile factu, quod*

peteretur, expendisset; convenienter Principi et scite responderet: ut a Deo, sic a Principe, quo nihil illi similius, neminem non contento et amico animo dimitti oportere; sed etiam quum fratrem *Domitianum*, ob injurias illatas ad feras mittendum, ab isto mortis discrimine liberaret, tantam sibi famam Clementiae conciliavit, ut non solam nulla fere regio Clementiam ejus ignoraverit, sed memoria etia m ejus sicut adhuc apud nos, sic etiam apud posteros diu olim æterna sit.

Quum igitur officium religionis jam postulet, ut Musæ nostræ ad pium et devotum munus *MAGNIFICO CONSULI*, praesenti anno clavum regiminis summa cum laude et felicitate tenenti, gratulandi, itemque cunctum Senatum Amplissimum, Splendidissimum divinæ providentiae commendandi publice progrediantur, non ego a re alienum fore putavi, si in *Dramate usitato exhibendo Titi, Imperatoris, Clementiam in fratrem representarem.*

Rogamus itaque, ut *Magnificus* et *Amplissimus Senator*, ut Sacerdotes etiam maxime Venerabiles huic publicæ pietati in *Senatum* interesse, et ut omnes ac singuli *Viri erudit et literati* in urbe nostra futuro die *Zocis hora II.* in locum consuetum frequenter convenire, suaque honorifica præsentia et audiendi benevolentia *Oratores et Actores*, bonos quidem juvenes, benignè excitare velent.

Series *Dramatis et Ludi*, qui interpositus cæcum parentum amore in liberos exhibet, series haec est.

ACTUS I.

SCENA I. *Publius monet Flavium*, utne nimis properare velit in opere primendo *Domitiano*.

SCENA II. *Brutus* sevocat *Flavium ad Cæsarem*.

SCENA III. *Publius exponit Bruto de Flavio*, quod amore *Domitiae* perditus *Domitianum* præcipitem agere querat.

SCENA IV. *Domitia negat Domitiano* suam dextram, ni prius fratrem sceptro suo spoliaverit.

SCENA V. *Flavius, Lentulus, Cethegus, cæt.* disputant cum *Titio* de integritate *Domitiani* in fratrem, *Titus autem* rogat, ut insidiias fratris repellere velint.

SCENA VI. *Titus fatetur de suo amore in Domitiam Arbiani*, inscius, quod *Domitia ipsa* sub ueste et nomine *Arbianis* lateat.

SCENA VII. *Domitia* secum cogitat tres suos rivales, inscia adhuc, quem præferat.

ACTUS II.

SCENA I. *Domitianus* post longam deliberationem tandem secum constituit fratrem regno exuere.

SCENA

SCENA II. *Brutus Domitiano* in deturbando fratre operam suam pollicetur.

SCENA III. *Publius et Brutus* monent *Flavium*, ne velit esse sollicitus de *Arbiane*, licet *Cæsar* solus cum hoc advena locutus sit.

SCENA IV. *Domitia* accedens quærerit ex *Flavio* et *Publio*, an *Domitianum* viderint.

SCENA V. *Domitia* studet providerē, ne *Domitianus* cœcus in *Titum* aliquod nefas adtentet.

SCENA VI. *Lentulus, Cetbegus, Manilius, Cassius* accedunt, *Lentulus* autem rogat *Arbianam*, ut loco cedat, quia sibi secreta agenda essent.

SCENA VII. *Priores* præter *Domitiam* iussu *Cæsaris* consilia capiunt, quomodo insidiis *Domitiani* in fratrem occurrendum sit.

SCENA VIII. *Marius* clamat ad auxilium statim *Tito* ferendum ut succurrant.

SCENA IX. *Titus* perterritus et pallore suffusus, salvis tamen et in columnis exit, praesentes de suo periculo breviter monens.

SCENA X. *Junius* statim lætum nuntium, quod homicidæ comprehensi sint, *Brutumque* insimul adfert, quia caput sceleris jam repertus sit.

SCENA XI. *Domitianus* autem accedens fatetur, scelus non *Bruti*, sed sua ipsius fraude esse effectum.

SCENA XII. *Domitia* accurrit, et in autores sceleris graviter invehitur.

ACTUS III.

SCENA I. *Marius, Junius et Domitia* deplorant vices humanas, quod in Palatiis Principum nil tutum sit.

SCENA II. *Publius* cum *Domitia* hortatur *Flavium*, ut fata *Domitiani* maturet.

SCENA III. Accedunt *Titus, Marius, Lentulus, Junius, Cetbegus*, et colloquuntur de reis, num clementia digni sint?

SCENA IV. *Lentulus* et *Cetbegus* jubentur a *Tito* causam *Domitiani* et *Bruti* discutere.

SCENA V. *Lentulus* et *Cetbegus* sibi invicem affirmant, causam istam ita discutiendam esse, ut justitia nullius dignitate et conditione moveatur.

SCENA VI. *Lentulus* et *Cetbegus* *Manilio* et *Cassio* annunciant, quod *Domitianus* et *Brutus* judicio publice nunc sisti debant.

SCENA VII. *Junius* *Domitianum* et *Brutum* adducit ad causam suam publice dicendam.

SCENA VIII. *Domitianus* et *Brutus* suum crimēn confitentur.

SCENA IX. *Iudices* tandem penam constituunt, quæ *Domitianum*

et Brutum deceat, Lentulus autem disputat, quod mala fides fratribus ab iniquo amore parentum in filios originem habeat.

Ludus interpositus.

- SCENA I. *Eugenius* interrogatus causam mceroris sui *Irenæo* confitetur, quod a *Patre* nunquam amatus sit.
- SCENA II. *Irenæus* consulit *Patricio*, ut filium *Eugenium* mitius tractare velit.
- SCENA III. *Casteropola* adfert petasos, quos *Patricius* imperaverat; alterum *Eugenio* nudum et inornatum, alterum *Philotæ*, filio natu minori, elegantem et splendide ornatum.
- SCENA IV. *Irenæus* reprehendit *Patricium* ob istud discrimen inter liberos, quum tamen *Philotas* malus puer sit.
- SCENA V. *Patricius* mittit *Dolophilum*, ut *Neophylacem*, *Philotæ* et *Eugenij* moderatorem, arcetstat.
- SCENA VI. *Irenæus* abit, quoniam *Patricio* animis est *Neophila-*
cem femotis testibus de vita et moribus filiorum interrogare.
- SCENA VII. *Patricius* *Neophylaci* offensus, quod *Eugenium* lauda-
re, *Philotam* vero vituperare audeat, jubet, ut filios ad ipsum mittat.
- SCENA VIII. *Patricius* queritur, quod *Neophylax* et *Irenæus* con-
gruant, ut ex inalevolentia de *Philotæ* detrahentur.
- SCENA IX. *Patricius* invehitur in *Eugenium*, quod prior venire ausus sit.
- SCENA X. *Patricius* suaviter agit cum *Philotæ* et dolet, quod a *Præ-
ceptore* suo, falso tamen accusatus sit.
- SCENA XI. *Eugenius* male a *Patre* acceptus jubetur, ut sarcinulas
colligat domo ablegandus.
- SCENA XII. *Dolophilus* nunciat *Patricio*, omnia ad iter parata esse.
- SCENA XIII. *Irenæus* tentat odium *Patricii* in *Eugenium* avertere,
sed frustra.
- SCENA XIV. *Philostorgus* nunciat *Patricio* de filio suo unico, sed
tamen duro et malo, et de epistola mali cuiusdam adolescentis, ad
filium suum scripta, quæ ut Parenti innotescat necesse sit.
- SCENA XV. *Irenæus* legit epistolam et suspicatur, quod a *Philotæ*
scripta sit.
- SCENA XVI. *Patricius*, de hac suspicione valde offensus, instituit
tandem periculum amoris erga se facere in *Philotæ*.
- SCENA XVII. *Dolophilus* a *Philotæ* fuste contritus adcurrit, et *Phi-
lotam* malum puerum apud *Patrem* accusat.
- SCENA XVIII. *Eugenius* prodit in scenam cum arcula, paratus ad iter.
- SCENA XIX. *Philotas* ab *Eugenio* repudiatur, quum *Eugenium*
monere audet, ut patri, quum jam profectus sit, velint pecuniam
auferre et domo aufugere.
- SCENA XX. *Dolophilus* nunciat *Philotæ* et *Eugenio*, quod *Pater* in
itine-

itinere ab equo in fossam dejectus, statimque pro mortuo in domum quandam translatus, ibique jam mortuus sit, de quam morte *Eugenius* valde deplorat, *Philotas* autem conclave *Patris* ad pecuniam auferendam aperire præperat.

SCENA XXI. *Dolophilus Eugenium*, quem, morte *Patris* annunciat, animus relinquit, excitare tentat.

SCENA XXII. *Patricius*, qui hactenus, ut omnia perciperet, se in scenarum tenebras abdiderat, nunc errorem suum agnoscit et sibi voce *Eugenium* ex deliquio animi revocare studet.

SCENA XXIII. *Eugenius* paulatim ad se rediens putat, se videre umbram *Patris*, sed Pater nunc ipsum filium suum ad amare incipit.

SCENA XXIV. *Patricius Ireneao* fatetur, quod *Philotas* durus filius et malus puer sit.

SCENA XXV. *Philotas* accedens cum servo ad aliud conclave *Patris* referandum stupet, videns Patrem superstitem esse.

SCENA XXVI. *Philotas* crimen suum fatetur, et ab *Ireneo* monetur, ut ne praesentia sua Patrem iratum diutius irritare audeat.

SCENA XXVII. *Patricius Eugenium* amplectitur, *Irenæus* autem illum abeuntem monet, ut *Patris* amore se semper digauderat.

SCENA XXVIII. Tandem *Irenæus* etiam *Patricium* monet, ut in posterum æqualem amorem in liberos habeat, quam jam nunc resipiscens suo ipsius periculo didicisset, quod liberi prudenter amandi sint.

ACTUS IV.

SCENA I. *Titus* Principis sorte mbeatam esse negat, *Flavius* autem, *Publius*, *Marius* et *Iunius* disputant de scelere *Domitianum* et *Bruti* puniendo.

SCENA II. *Lentulus*, *Cethegus*, *Manilius* & *Cassius* accedunt ad *Cæsarem*, *Cæsar* autem amicis suis exire jubet.

SCENA III. *Consules* & *Senatores Cæsari* exponunt sententiam sumam de pena *Domitiani* & *Bruti* conceptam, quod digni sint, ut dente leonum lacerati pereant.

SCENA IV. *Titus* secum deliberat, quid nunc sibide hac pena constituta faciendum sit.

SCENA V. *Titus Iunium* vocatum mittit, ut *Domitianum* statim arcessat.

SCENA VI. Accedit *Domitia* sub persona *Arbianis*, ut curas *Titi*, qua arte queat, pelleret.

SCENA VII. *Domitianus* accessitus a latere seorsim miratur, quod *Domitia* cum *Cæsare* sit.

SCENA VIII. *Titus* ex *Domitiano* querit, quo auctore tantam culpam commiserit, *Domitia* autem suo iudicio declarat, *Domitianum* dignum esse cum *Bruto*, ut leonibus discripti pereant.

SCENA

SCENA IX. *Titus rogit Domitiam, ut Flavium et Publum per suos adesse jubeat.*

SCENA X. *Titus consulit Flavium et Publum de nimio rigore sententiæ Senatus, Flavius autem consulit Tito, fieri posse, utrei in occulto et forsan mitiore morte plectantur.*

ACTUS V.

SCENA I. *Iunius timet, ne Domitianus invidia Flavii peritus sit, Marius autem meliora sperat.*

SCENA II. *Flavius gaudet, quod, Domitiano nunc e medio sublatto, sibi datum sit sua Domitia frui, cui Publius hunc suam sortem gratulatur.*

SCENA III. *Flavius Domitiae sub persona Arbianis adventanti exponit, quod suo ipsius consilio effecisset, ut Domitianus jam perierit.*

SCENA IV. *Lentulus, Cethegus, Manilius et Cassius, vocati a Tito ad amplius deliberandum de poena Domitiano et Bruto infligenda, monentur a Flavio, quod rei jam morte digna perirent.*

SCENA V. *Titus cum Mario accedens gaudet de Senatu, quod jam praesens sit.*

SCENA VI. *Domitia sub persona Arbianis adcurrentis Titum demorte fratris tyrannum esse clamitat, et, toga virili remota, vestem muliebrem et se Domitiam esse ostendit.*

SCENA VII. *Iunius Domitianum et Brutum vivos adhuc sistit, Domitia autem de praesentia Domitiani stupens dolet, quod Flavins ipsi sic imposuit, seque sceleris auctorem esse confitetur. Titus ergo, Clementia sua adductus, Fratrem cum Bruto ab omnimortis discrimine liberat, Domitianum comitem imperii constituit, Domitiam autem Domitiano in uxorem tradit.*

INDEX ACTORUM in Dramate.

TITUS VESPASIANUS, Augustus, *Immanuel Siegfried Eijersdorff*, Zittaviens.

DOMITIANUS, Titi frater, *Iohannes Samuel Netsch*, Nieder-Oderwitz, Lusat.

FLAVIUS, Princeps, *Christians Fridericus Richter*, Heinewald, Lusat.

PUBLIUS, Princeps, *Gotthelf Christians Keilkoltz*, Ottendorff, Misn.

DOMITIA, Sub Arbianis ueste et nomine, *Christians Traugott Heffter*, Leobs.

BRUTUS, Praefectus cohortis, *Christians Gottlob Bebmmer*, Eccarsbergens, Luf.

LENTULUS, *Iohannes Christians Drosselius*, Zittaviens.

CETHEGUS, } Consules, *Carolus Benjamin Tritschlerus*, Zittaviens.

MARIUS, } Proceres, *Augustus Mattheaus Trier*, Themar, Gothan.

IUNIUS, } *Christians Adolphus Pechek*, Eubav, Luf.

MANILIUS, } *Christians Gottlob Ludewig*, Zittaviens.

CASSIUS, } Senatores, *Samuel Conradut Schraterus*, Heinewald, Luf.

PER-

PERSONÆ Ludi Interpositi.

PATRICIUS, Pater Philotæ et Eugenii, *Augustus Daniel Oehme*, Zittaviensis.
PHILOTAS, Patricii filius, natu minor, *Immanuel Benjamin Gottlieb Kretschmar*, Megalo-Boritsch. Luf.
EUGENIUS, Patricii filius, natu major, *Johannes Gottfried Niesner*, Zittaviensis.
IRENÆUS, Patricii amicus, *Carolus Traugott Brücknerus*, Megalo-Hennersd. Luf.
NEOPHYLAX, Philotæ et Eugenii moderator, *Johannes Augustus Stuebnerus*, Zittav.
DOLOPHILUS, Patricio a consiliis, *Ernestus Christianus Drosßelius*, zittaviensis.
PHILOSTORGUS, Pater filii male admodum morati, *Carolus Benjamin Kästnerus*, zittaviensis.
CASTOROPOLA, Petaforum opifex, *Johannes Augustus Stuebnerus*, zittaviensis.

Partes GRATULANTIUM obtinent, ingenii et industriæ suæ Specimina pronunciantes :

Christianus Gottlieb Ludewig, zittaviens. Orat. Latin. *Quod Magistratus amore dignus sit maximo, qui conservat et promovet religionem.*
Augustus Wilhelmus Schrothius, zittaviens. Orat. Lat. *Quod Religio sola sit, qua vera virtus potest promoveti, et quod nec leges civiles nec Philosophi aliquid in hac re efficiant.*
Gustavus Adolphus Wünschius, Barchwitz. Silez. Orat. Lat. *Quod res publica sine virtute consistere non possit.*

Drama finietur Carmine Latino,
ad Od. VI. Horat. Lib. III. composito,

a

IULIO FRIDERICO RICHTERO, Annabergenf. Misn.

Ventura quid non attribuet dies?
GERMÆNE, si nunc templâ refereris,
Sedesque labentes Themisæ
Purpureæ et Pythiam Palestram.

Quod litteras artesque foves, viges:
Dependet ex illis deus urbium,
Et multa contenta dederunt
Imperii mala luctuosis.

Fugere Grajorum miseras plagas,
Has negligentum, Romulidas feros
Fugere, sylvosam statimque
Teutoniam petiere nostram.

Aff

JY 5296

X 336 2630

Ait, ait, adibit barbaries scholas,
Ottone Magno quae tenuit furens
Regnante convulsam ruinâ
Italiam, Siculamque fractam.

Fœcunda culpæ secula scientias
Artesque doctas pellere jam student,
Hoc fonte derivata clades
Inque scholas fluit inquis templis.

Germana proles appetit exteris
Mores doceri, negligit Atticam
Linguamque Romanam sonoram,
Quæ faciunt horainem peritum.

Non scripta doctorum juvenis legit,
Sed comparat libros sibi garrulos,
Qui magna detrimenta gignunt
Et scolium faciunt legentem.

Coram piis condiscipulis, suis
Coram et Magistris, absque metu, viatuum
Admitit, assumique multos
Se socios sceleratores.

Non his juventus orta parentibus
Germanicæ sedes habitabiles
Effectit, ostenditque, pulsa
Barbarie, studiis vacare;

Sed diligentum incola Teutonum
Proles, labores docta graves pati,
Parere Prefectis severis,
Consiliumque sequi fidele,

Servire musis ingenuis, bonos
Tractare libros, sol ubi conderet
In nube splendorem micantem,
Lunaque nocte niteret alta.



Y
e
5296

F. 31, 51.
 CLEMENTIA
 TITI IN FRATREM GERMANUM.

DRAMA,

Quo

CONSULI
 NIFICIO

AUSPICATO CAPESENTI,
 ATQUE
 NTISSIMO ATQUE AMPLISSIMO

SENATORIO

CAE ZITTAVIENSIS
 INCLUTAE

GRATULABUNDUM
 UAM ET SUBMISSIONEM

OFFERT,
 AD QUOD
 OCT. MDCCCLXVII.
 L. Q. C.

UM AUDIENDUMQUE,
 UA PAR EST,
 ET OBSERVANTIA
 INVITAT,

DANIEL RICHTERVS,
 Gymnas. Direct.
 ITTERIS KÜHNIL.



Farbkarte #13

